



Disputatio juridica inauguralis de portione legitima

<https://hdl.handle.net/1874/291133>

DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS
DE
PORTIONE LEGITIMA.

QUAM

DUCE ET AUSPICE DEO T. O. M.

Ex Auctoritate Magnifici Rectoris,

JOANNIS DAVIDIS HAHN,

Philos. & Med. Doct. Philosophiae, Physices Experi-
talis & Astronomiae Professoris Ordinarii,

N E C N O N

*Amplissimi SENATUS ACADEMICI consensu, atque
Nobilissimæ FACULTATIS JURIDICAE decreto,*


PRO GRADU DOCTORATUS,

Summisque in UTROQUE JURE Honoribus &
Privilegiis tite ac legitime consequendis,

Eruditorum Examini submittit,


BARTHOLOMEUS DE WITT, EYNDHOVIENSIS,

ad diem 28. Junii, H. L. Q. S.



TRAJECTI AD RHENUM;

Ex Officina JOANNIS BROEDELET,
ACADEMIE TYPOGRAPHI. MDCCLV.



VIRO GRAVISSIMO
ATQUE
DIGNISSIMO
ADRIANO DE WITT,
JURIS UTRIUSQUE DOCTORI
PATRI CARISSIMO, ET OMNI HONORIS
AC PIETATIS CULTU PROSEQUENDO

D. D. D.

BARTHOLOMÆUS DE WITT.

ALDO CATTANI

ALDO CATTANI

ALDO CATTANI


ALDO CATTANI

ALDO CATTANI

ALDO CATTANI

ALDO

ALDO CATTANI



DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS
DE
PORTIONE LEGITIMA.

S. I.

Latissimam leges Romanam patrifamilias concesserunt, potestatem disponendi pro arbitrio de rebus suis, l. 120. *D. de v. S.* Quæ potestas tamen limitata fuit quatenus suis hæres, (filius nempe familias in patre potestate proxime constitutus) nominatim fuit instituendus vel exhaeredandus adeo ut, si silentio esset præteritus, testamentum foret ipso jure nullum, si igitur pater filium suum nominatim instituisset vel rite exheredasset, juri civili satisfactum erat, ac valebat testamentum, verum postea inventum fuit reme-

A

dium,

DISPUTATIO JURIDICA

dium, quo succursum est iis, qui sine ulla justa causa a patre erant exhæredati, dataque illis quærela, qua paternum testamentum rescindebatur, nisi constaret parentem habuisse justam exheredandi causam, olim erant istæ causæ arbitrariæ, sed illas determinavit justinianus in *Nov. 115. c. 3. & 4.* adeo ut si filius sit exheredatus sine aliqua ex ibi enumeratis causis, testamentum dicatur inofficium, & per quærelam rescinditur, fuit autem deinde illud remedium etiam concessum omnibus liberis utriusque sexus, item parentibus, etiam fratribus & sororibus, si illis posterioribus turpis prælata esset persona: est autem illa quærela actio moribus introducta, qua is, quirite quidem, sed contra pietatis officium inique exheredatus vel præteritus est, petit ut testamento rescisso, ipse ab intestato declaretur hæres, cum ergo quærela concedatur liberis, parentibus & certo casu fratribus ac sororibus, patet illam dari iis, quibus debetur portio legitima, de qua sola in hac dissertatione sumus acturi, cessat enim hæc quærela, si liberis aut aliis enumeratis personis sit relicta quarta legitima, quæ quali sit, quarta esse debeat, quibusnam debeatur & quomodo sit relinquenda, nunc paucis exponere conabimur.

II.

Quarta legitima definiri potest, portio hæreditatis, seu bonorum quam lex illis, qui ex officio pietatis excludi non debent, relinquere jubet, vocat illam portionem debitam Ulpianus in l. 8. §. 8. *ff. de inoff.* & dicitur legitima pars a Justiniano, in §. 3. *inst. eod.* est autem illa introducta eodem modo ac quærela de inofficio testamento, nempe non certa ac speciali lege, sed moribus & consuetudine, unde etiam primis temporibus, illius quantitas erat incerta, & centum viri judicare solebant pro personarum qualitate & circumstantiis, utrum illa, quæ parentes liberis suis, vel vice versa parentibus relinquebant, sufficerent ad excludendam quartam, nec ne, verum cum lata fuerit lex falcidia, qua cautum est ne testator posset ultra do- drantem suorum bonorum legare, ita ut quarta pars salva remaneret penes heredem scriptum, hinc videntur juris consulti intellexisse ad quærelam excludendam, sufficere quartam partem portionis ab intestato debitæ, adeo ut probabile sit, hanc legitimam portionem introductam esse ad exemplar quarta illius falcidiæ, & ita in l. 8. §. 8. *de inoff. test.* illa debita portio vocatur, quæ debet

4 DISPUTATIO JURIDICA

permanere penes hæredem, & legitima dicitur *quarta debitæ portionis*, & in §. 11. eod. promiscue vocatur *portio debita & falcidia*, similiter Justinianus statuit in l. 31. C. eod. ubi legitimæ portioni diserte nomen falcidiæ imperator tribuit, idem occurrit in l. 5. §. 3. C. ad leg. jul. maj. ubi imperatores arcadius & honorius, postquam contra filios perduellium satis dura constituerunt, filiabus tamen ex hæreditate materna concedunt falcidiam, quod etiam de legitima portione est intelligendum, add. l. 21. C. fam. ercisc. & l. 8. C. de inoff. & hoc etiam satis judicant hæc plinii verbalib. 5. epist. 1. *Si mater inquam te ex parte quarta scripsisset heredem num queri posses? quid si heredem quidem instituisset exasse, sed legatis ita exhaustisset, ut non amplius apud te quam quarta maneret? hodie non amplius esse quartam, statim videbimus, & ideo ut a quarta falcidia distinguatur vocari solet portio legitima.*

III

Observatum jam fuit, ut quærela in officioso testamenti, hanc quartam liberis fuisse relinquendam ita tamen ut si unus esset si plures liberi, una quarta sufficeret inter eos distribuenda, uti

INAUGURALIS.

5

ut nominatim docetur in §. ult. inst. de inoff. tit.
ubi Justinianus simul monet nihil interesse quanto
tulo liberi portionem illam obtineant sive jure hæ-
reditario, sive jure legati, vel fidei commissi, aut
donationis mortis causa vel inter vivos, quod si
id quod erat relictum non contineret hanc quar-
tam, erat illa boni viri arbitratu supplenda, sed &
illud mutavit Justinianus in Nov. 115. C. 3. pr. ubi
fancivit ne liceret parentibus liberos suos præterire,
aut exheredes facere, ne quidem licet eis qual-
cumque titulo debitam portionem reliquerint, sed
voluit imperator ut nominatim heredes institue-
rentur, nisi probantur ingrati, & causæ ingratia-
tudinis testamento essent insertæ, hujus rei ratio-
nes videntur, quod titulus institutionis haberetur
honoratior ullo alio, & deinde quia erat pinguior
ob jus accrescendi, v. gr. pater in testamento scri-
bit, Titius heres esto, Cajo filio meo do lego quar-
tam legitimam: Titio deficiente filio nil accrescit,
quod secus est, si simul hæres fuerit institutus,
nam tunc filius obtinet integrum titii deficientis
portionem, præterea non interest ex qua parte
liberi instituantur, nam si pars relicta, quartam
non contineat, cessante querelâ, habent condi-
tionem ad supplementum ejus quod quartæ deest

6

DISPUTATIO JURIDICA

l. 30. pr. C. de in ff. testam. sed quæritur, an sufficiat, ad querelam subvertendam, si filius sit institutus ex certâ re, ex gr. *cajus filius meus hæres esto ex fundo tusculano*, quod negandum videtur, cum ipse justinianus moneat, certum esse, eos, qui ex certa re scripti sunt heredes, loco legatariorum haberi, adeo ut si alii ex certa parte instituantur, soli illi hereditariis actionibus uti & conveniri possint *l. 13. C de her. instit.* est igitur in proposito casu filius simplex legatarius, cum debat absolute esse hæres *nov. 115. c. 3. pr.* sed si liberi simpliciter fuerint instituti, & deinde jussi, re certâ contenti esse, quiescente quærela, ad condicioneum erit recurendum, v. g. *titius amicus meus & cajus filius meus heredes sunto, filius sempronius fundo contentus esto, dict. nov. 115. C. 3. pr.* ubi ita statuit imperator noster, *centerum si qui hæredes fuerint nominati, etiam si certis rebus jussi fuerint esse contenti, hoc casu testamentum quidem nullatenus solvi præcipimus, quidquid autem minus legitima portione relictum, hoc secundum leges nostras ab hæredibus impleri.*

I V.

Ex hac tenus dictis apparet ut determinari possit

INAUGURALIS.

7

fit cuiusque portio, enumerandas esse personas, quibus ab intestato hæreditas debetur, si enim tantum unus ad sit filius, legitima portio est quarta pars totius assis, si vero ad sint duo, erit quarta semissis, si tres erit quarta trientis & sic de cæteris, cum olim fuerit quarta pars portionis ab intestato debitæ, quod superius jam ostensum fuit, exinde simul intelligimus casum. Quem proponit Ulp. in l. 8. §. 8 *D. de inoff. testam.* v. gr. avus ex duobus filiis prædefunctis habet nepotem, nempe ex uno filio unum, & altero tres, omnes illos exhæredat, sed singulis relinquit legatum, hi exhæredati instituunt quærelam, sub illo prætextu quod legatum non contineat portionem debitam, quæritur jam quantum esse debeat ad impediendam quærelam, & docet juris consultus unicum nepotem habiturum sesecunciam & singulos ex alio filio habituros semunciam, quia dicta pars est quarta portionis ab intestato debitæ, nam successuri fuissent non in capita sed in stirpes, verum dubitatur quid juris sit, si pater habens duos filios, unum exheredat, eique portionem legitimam legat, alterum simpliciter exhæredat, & ille quærelæ renuntiat, quæstio est, an in computatione legitimæ portionis connumeretur iste filius exhæreda-

§

DISPUTATIO JURIDICA

redatus? & illud affirmandum non dubitamus, adeoque erit computatio ineunda perinde ac si nullum testamentum adesset, quia respiciendum ad illam quantitatem quam quis ab intestato obtinuerit, igitur in casu proposito portio querentis est quarta semis, non vero totius assis, quod totidem verbis tradit Ulpianus in *ff. l. 8. §. 8. d. de inoff. testam quoniam* inquit *quarta debitæ portio sufficit ad excludendam querelam videndum erit, an exhæredatus partem facit qui non queritur, ut puta sumus duo filii exhæredati* & utique faciet, ut *papian respondet* & si dicam inofficium, non totam hæreditatem, sed dimidiā petere debo, *vid. vinn. sec. quæst. lib. 1. cap. 21.* & celeb. Noot. ad D. tit. de inoff. pag. 120.

Constat ergo illam legitimam olim fuisse quartam portionis ab intestato debitæ, & ut saepe jam dictum fuit, sed postea illam auxit justinianus imperator, qui voluit, si liberi sint quatuor vel pauciores, ut portio legitima esset triens, si vero adessent quinque vel plures, semis, seu dimidia pars bonorum, & cum legislator statuat in *nov. 18. cap. 1.* ut illud observetur in omnibus personis, in quibus ab initio antiquæ quartæ ratio de inofficio lege decreta est, recte sentire videntur illi qui

I N A U G U R A L I S. 9

qui censent hoc augmentum non tantum pertinere ad liberos sed ad parentes & fratres ac sorores, nimirum ad omnes illos quibus competit quærela, & quibus olim quarta erat relinquenda, fratribus enim concessam esse quærelam in officiose testamenti palam est. l. 1. D. de inoff. test. l. 35. §. 3. C. eod.

V.

Ratio hujus legitimæ non initur, nisi deductis funeris impensis, & aëre alieno, est enim ex substantia seu bonis defuncti relinquenda, jam bona dicuntur quæ supersunt aëre alieno deducto, itaque quarta bonorum pars vocatur in l. 5. C. eod. diserte hæc docet Ulp. in l. 8. §. 9. D. eod. ubi dicit *quarta autem accipietur scilicet deducto aëre alieno & funeris, impensa &c.* igitur quod illis deductis superest reputatur in bonis defuncti ex quibus quarta exhaeredato competit, similiter Paulus, Sent. lib. 4. tit. 6. §. 6. *quarta portio liberis, inquit, deducto aëre alieno & funeris impensa præstanta est, ut ab inofficiosi quærela excludantur, libertates quoque illam portionem minuere placent.*

Est præterea legitima relinquenda sine ullo onere, quatenus testator illam gravare nequit l. 32.

B

C.

DISPUTATIO JURIDICA

C. eod., quod iterum est indicium illam esse plerumque partem bonorum, non vero hereditatis, nisi relicta sit titulo institutionis, foret enim grave onus, si filius legatarius teneretur agnoscere monile aëris alieni, quod ad vires istius legitimæ, & saepe etiam longe ultra tenderetur, Voet *ad tit. de inoff. test. n. 44.* Debet itaque omne abesse gravamen, constituit enim Justinianus, si conditionibus vel dilationibus, aut aliqua dispositione, morum, vel modum, vel aliud gravamen testator attulerit in ipsa legitima, ut conditio, vel dilatio, vel talis dispositio moram vel aliud quocumque onus introducens tolleretur, & res perinde sese haberet, ac si nihil tali testamento additum fuisse, *d. l. 32.* ex quibus jam palam fit, non recipere legitimam ullum onus aut gravamen, ex testamento vel ex aliqua testatoris dispositione, quia illa non debetur ex testatoris judicio, sed ex dispositione legis; unde in Authent. *novissima C. de inoff. test.* traditur, illius portionis nec usufructu defraudari posse liberos a parentibus adeo ut non sufficiat si eis relinquatur nuda proprietas, nam si alteri relinqueretur usufructus, differetur præstatio ipsius legitimæ portionis, quod directe est contra Justiniani Constitutionem *in d. l. 32.* qui vult

I N A U G U R A L I S. 11

vult ut liberi simul obtineant jus entendi fruendi, omni dilatione improbata, similiter in *Novell. 18.* C. 3. duram crudelitatem & amaritudinem vocat, si quis uxori usumfructum, & liberis nudam proprietatem relinquat, quo casu dicit, talem non agere paterne, nec ut virum decet, quare ita statuit, non licebit igitur de cætero ulli omnino filios habenti, tale aliquid agere sed modis omnibus hujus legitimæ partis, quam nunc deputavimus, & usumfructum in super & proprietatem relinquat eis, si vult filiorum non repente fame morientium sed vivere valentium vocari pater &c.

Et addit velle se, ut hæc non tantum a patre, sed & a matre cæterisque adscendentibus utriusque sexus, observentur, verum non est illud extendendum ad ea onera quæ & ipso jure hæreditariæ portionis oriuntur, talia enim omnino ad legitimam pertinent, modo illa ad liberos pervenerit titulo institutionis non vero si pervenerit tamquam pars bonorum: pone quod pater filio juste exhereditato legitimam portionem legaverit sed si filius legitimam consequatur tamquam hæres, simul sustinet onus aëris alieni pro rata parte, in quam institutus est, sciendum enim id quod dicimus in initio hujus ſphi ad eum casum pertinere, quo hæc portio est quarta bonorum tunc enim filius

DISPUTATIO JURIDICA

cum tantum habeatur pro legatario, non tene-
tur in æs alienum defuncti: Quod ergo in l. 8. §.
9. *D. de inoff. testam.* dicitur legitima accipi de-
ducto aëre alieno, id neutquam intelligendum
est, quasi filius institutus pro illa portione, non
tenetur pro parte creditoribus hæreditariis, sed
pertinet illud ad computationem, quantum sit in
legitima ut nempe sciri possit quantum deducta
aëre alieno debeatur nomine legitimæ: simile quid
observatur in lege falcidia nam in illius computa-
tione initur ratio aëris alieni, §. ult. inst. de *Leg.*
Falc. an igitur dicemus, nomine illius quartæ hæ-
redem non tenere creditoribus hæreditariis, neu-
tiquam cum illud unice fiat, ut sciatur quantum
testator in bonis habuit, probat hoc *Vinn. sel.*
quest. lib. I. c. 22.

V. I.

Vidimus jam in præcedentibus hanc legitimam li-
beris parentibus & cero casu fratribus esse relin-
quendam, adeo ut non relicta hac portione, eis
competat quærela inofficiosi testamenti, quod atti-
net ad liberos fuit illud humaniter introductum, ad
coercendam nimiam licentiam testandi pro arbitrio,
quam lex XII. tabularum patrifamilias con-
cesserat, l. 4. d. de *inoff. testan.* scribit, non est,
enim

INAUGURALIS. 13

enim consentiendum parentibus qui injuriam adversus liberos suos testamento, inducunt, quod plerumque faciunt, maligne circa sanguinem suum inferentes judicium, novercalibus delinimentis, instigatibusve corrupti: Cum igitur ratio naturalis, quasi lex quædam tacita, liberis addicat parentum hæreditates, unde etiam sui hæredes appellantur, hinc cum paulo dicere possumus, æquum esse, ut illi qui ad universitatem venturi erant, saltem ex eâ concessam portionem obtineant l. 7. D. de bon. Damn. & cum dicta l. 4. sit ex Caji Libro singulare ad legem gliciam, nonnulli putant hac lege fuisse introductam necessitatem, relinquendi debitam illam portionem, Cuj. Obs. lib. 14. c. 4 sed minus recte, cum moribus, ac centumviralibus, iudiciis illud acceptum videatur ferendum, hoc pluribus exsequitur Celeb. Schult. ad Val. Mat. lib. 7. c. 7. requiritur porro, ut liberi sint legitimi, sed nihil interest, utrum nati sint ex justis nuptiis, an vero adoptati, modo tamen adoptio sit facta ab uno ex adscendentibus, alias enim ab extraneo adoptatis nec querela nec legitima competit, iisque tantum conceditur spes ab intestato succendi, l. pen. C. de adopt. nihil enim refert utrum sine in potestate retenti, an vero emancipati, utrisque,

B 3

enim

DISPUTATIO JURIDICA

enim legitima portio debetur, *l. 7. D. de inoff. test.*
l. 8. pr. D. de bon. poss. contr. tab. similiter non dis-
tinguitur utrum liberi jam sint postumi, *l. 6. pr.*
D. de inoff. ubi quærela conceditur filio post ma-
ternum conditum testamentum, in utero matris
ex seculo, ulterius hanc relinquendam esse legima-
tis certum est, cum tales nulla habita ratione, quo
modo sint legitimati, sui appellantur hæredes, *§.*
2. inst. de hæredib. ab intest. Deinde constat sub li-
beris non tantum intelligi filios, filiasque, sed &
nepotes & neptes, cæterosque descendentes, quæ
jure gaudent representationis, & ideo illam acci-
piunt portionem legitimam, quam accepisset ipso-
rum pater si vixisset, *nov. 118. c. 1.* hæc igitur non
pertinent ad liberos naturales, spurios & adulteri-
nos incestuososque, quibus pater non tenetur re-
linquere legitimam, verum hoc aliud se habet re-
spectu matris nam cum spuriis adversus maternum
testamentum concedatur quærela inofficiosi testa-
menti, dicendum est illis deberi legitimam, *l. 29.*
§. 1. de inoff. test. imo constituit Justinianus ut natu-
rales & spuri ad bona materna venirent una cum le-
gitimis, modo mater non esset persona illustris, *l.*
5. ad S. C. Orphit. Dubitatur tamen de incestuo-
sis, & negant multi, ipsis a matre legitimam esse

re-

linquendam, alii vero affirmant, cum leges ubique loquantur de bonis paternis, non vero de maternis, nov. 74. c. ult. & nov. 89. c. ult. nam in dicta nov. 74. dicit Justinianus, *eos enim qui, semel ex odilibus nobis & prohibitis propterea nuptiis procedunt, neque naturales vocari, neque participanda eis ulla clementia est, sed sit supplicium, etiam hoc patrum ut agnoscant, quia neque quisquam peccatricis concupiscentiae eorum habebunt filii.*

V I I.

Debetur ulterius legirima parentibus, nam ut Papiani utar verbis, *et si parentibus non debeatur filiorum hereditas, propter votum parentium, & naturalem erga filios caritatem, turbato tamen ordine mortalitatis, non minus parentibus, quam liberis pie relinqui debet, l. 15. D. de inoff. test.*

Et rationem miserationis admittere parentes ad Bona Liberorum scribit idem JCtus, in l. 7. §. 1. *D. si tab. test. null. cum enim liberi parentibus debeant vitam ac educationem, merito cautum fuit ut illis relinquerent aliquam suorum bonorum portionem, qua in re nulla habetur ratio patriæ potestatis, cum eadem ratio etiam respectu matris procedat, adeo ut utrique parenti legitima sit concessa,*

cessā, l. i. *D. de inoff. test.* & procedit illud quamvis parens liberos emancipaverit, l. 14. eod. denique competit hæc legitima portio fratribus ac sororibus, non tamen indistincte, sed tunc demum si ipsi prælatus sit turpis persona est illud autem concessum solis fratribus & sororibus ac consanguineis, non vero uterinis, quos posteriores penitus ab actione inofficiosi contra testamentum fratris aut sororis Constantinus arcet, in l. 27. *C de inoff. test.*, cuius verba hæc sunt, *fratres vel sorores uterini ab inofficiosi actione contra testamentum fratris, vel sororis penitus arceantur, consanguinei autem, durante agnatione vel non, contra testamentum fratris sui vel sororis de inofficio questionem mouere possunt, si scripti heredes infamiae vel turpitudinis, vel levis notæ macula aspergantur, vel liberti qui perperam & non bene merentes, maximisque beneficiis suum patronum adsecuti, instituti sunt, excepto servo necessario haerede instituto*, unde simul appetet competere fratri adversus testamentum fratris querelam inofficiosi, quamvis ipsi prælatus sit libertus, cum vero Justiniano in nov. l. 118. c. 4. sustulerit omne discrimen inter agnatos & cognatos, plures idem nunc jure novissimo uterinis concessum esse putant, sed

sed uti videtur minus recte, nam ibi tollitur tan-tum differentia inter agnatos & cognatos quoad successionem, ab intestato, & deinde nulla occurrit abrogatio, *D. l. 27.* jam admodum probabile est si justinianus voluerit abrogare constitutionem adeo desertam, quod illud certe monuisset & cum nihil tale in *D. nov.* occurrat, adfirmandum est, dictæ legi 27. standum esse, quid igitur si quis fratribus præteritis instituerit duos hæredes, quorum unus est persona turpis, alter vero honesta? & eo casu competit fratribus actio pro ratione e. jus, partis ex qua infamis ille institutus est quoad cætera rata manet testatoris dispositio, adeo ut pro parte quis testatus & pro parte intestatus ex post facto decessisse videatur, juxta *l. 24. D. de inoff. testam.* nostris autem moribus turpem personam haberi, non tantum meretricem, quæ palam corpore quæstum facit, sed & concubinam, certum est, cum hodie concubina non solent a cæteris mcretricibus distingui *grot. man. ad jur. boll. lib. i. c. 5. num. 12.* sed spurius pro turpi persona hodie non habetur, secundum hæc chylostomi verba *numquam de vitiis erubescamus parentum,* quod si fornicatorem ipsum ad meliora conversum,

C

ne-

nequaquam prior vita commaculat, multo magis ex
meretrice natus, & adulterâ si propria virtute de-
coretur, parentum suorum non dedecoratur oppro-
briis, non est omnino, nec de virtute nec de vitiis
parentum aut *Laudandus* aliquis, aut *Culpandus*.
vid. *Grot. intr. ad jur. boll.* l. l. c. 12. n. 6. & seq.

VIII.

Superest ut videamus quandonam cesset legi-
tima, & quidem non debetur si is cui illa compe-
teret, aliquid commisit ob quod juste potuisset
exhæredari, & ita quis ex justa causa exhæreda-
tus sit, quam causam tamen hæres scriptus Pro-
bare tenetur, cum olim ista probatio incumberet
isti exhæredato, qui debebat demonstrare se im-
merentem a paterna exclusum esse hæreditate, l.
5. ff. *de inoff. testam.* idque etiam statuit constanti-
nus, in l. 28. C. eod. quod mutavit justinian. qui
constituit, ut ingratitudinis causam nominatim a
patre expressam, hæres scriptus probaret, nov. 115.
c. 3. erant illæ causæ olim arbitriæ, nam pende-
bant ab arbitrio centum virorum, qui judicabant
an tales sufficerent ad exhæredationem nec ne, &
ipſi

INAUGURALIS. 19

ipſi principes ſepiuſ de iis conſulebantur, uti pa-
tet ex l. 18. & 19. C. de inoff. teſtam Donec justi-
nianus eas determinavit in D. nov. 115. & in nou.
22. c. 47. ubi enumerantur quatuordecim cauſæ,
ob quas liberi recte a parentibus exhæredantur,
octo ob quas parentes a liberis, & tres ob quas
fratri contra teſtamentum fratri negatur inofficioſi
querela, non convenit inter eruditos, an præter
has enumeratas, etiam ſint aliæ admittendæ cau-
ſæ qua de re in variis abeunt ſententias, quidam
adfirmant recipiendaſ eſſe omnes alias æque gra-
ves, uti & gravioreſ, alii tamen rigide verbis no-
vellæ inhærent, ut nullam admittant, verum pro-
babilior eorum videtur ſententia qui putant ſi de-
tur cauſa æque gravis, ei quæ liquido ad aliquam
ex enumeratis cauſis poſſit referri, eam omnino
eſſe admittendam ex. gr. recte exhæredatur filius
qui nōvercam ſtupravit, idem videtur adfirman-
dum, de filia quæ ſe vitrico ſubjecit, ſi enim
admitteremus alijs gèneris cauſas quantumvis gra-
vioreſ, nihil effeciffet Justinianus, eſſent itērum
cauſæ arbitraře, quæ neutiquam ſuit Legiſlatoris
voluntas, de quâ ſola hic querimus quæ cum ſit
aperta, non amplius de æquitate quærendum eſt,

C 2

quod

quod si patet nulla addita causa filium exhæredaverit, valet quidem ipso jure testamentum, sed per quærelam Rescindi poterit, vid. *Celeb. Noot. ad tit. de inoffic. test. pag. 160.* non tantum ille qui ex justa causa est exhæredatus, nequit legitimam eligere portionem, sed & negatur ei quem pater non exhæredavit ex aliquo injusto odio, verum bona mente, nam ut utar Ulpiani verbis, *multi uon notæ causæ exhæredant filios, nec ut eis obsint sed ut eis consulant, ut puta impuberibus, eisque fideicommissariam bæreditatem dant, l. 18. D. de lib. & post. bær. inst.* & hinc si quis non mala mente parentis exhæredatus est, sed alia ex causa, exhæredatio non nocet, ad subvertendum nempe testamentum uti si pater furoris causa exhæredaverit, *l. 12. §. 2. D. de bon. libert.* nec debet quis objicere illas similesque causas *in d. Nov.* non esse enumeratas, cum apertum sit Justinianum ibi tantum coërcere exhæredationes quæ fiunt; mala mente.

Ulterius negatur legitima filiis perduellium, quibus Imperatores arcadius honorius testantur se ex speciali humanitate concedere vitam, cum deberent paterno perire suppicio, in quibus pa-

ter-

terni id est hæreditarii criminis exempla metuuntur, ideoque jusserunt ut a materna, vel avita omnium etiam proximorum hæreditate ac successione haberentur alieni imo ut ex testamentis extraneorum nihil capere possent, sed mitior hac in parte est filiarum conditio, quibus ex bonis maternis concedunt legitimam, quia pro fragilitate sexus minus præsumantur ausuræ l. 5. §. 1. & 3. C. ad Leg. Jul. Majest.

I X.

Cessat porro legitima in testamento militis iure militari facta est enim militibus specialiter concessum ut possint liberos suos impune præterire, aut exhæredare, & principum constitutionibus cautum est ut militis silentium valeret tamquam exhæredatio nominatim facta, modo sciret miles se liberos habere §. 6. inst. de inoff. test., & hinc si quis in militia fecerit testamentum & intra annum post missionem decesserit, cum per integrum annum ejus testamentum valeat, adfirmat Ulp. etiam eo casu cessare quarelam inofficiosi, l. 8. §. 1. eod. Quare Imperator Alexander re-

scripsit, jus certum esse nequidem filios quæri posse de inofficio militis testamento, vel jure militari vel civili factō, *I. 9. C. eod.*, estque idem privilegium concessum testamento filiosfamilias de peculio castrensi vel quasi castrensi condito *I. ult. §. 1. C. eod.* nullo habitu respectu, utrum durante vel finita factum esset militia, cum ante Justinianum id tantum procederet, si filiosfamilias miles testatus diceretur & diserte scribunt ideo Maximianus & Diocletianus in *I. 29. C. eod.* testamentum filii-familias militis in Castrensi peculio factum, neque a patre neque a liberis ejus, per inofficiosi quærelam rescindi posse, nec ulla habetur ratio, utrum filius militis sit paganus an miles, cum neutro casu quærela concedatur, *I. 27. §. 2. D. eod.* verum jure novissimo hinc rei suisce abrogatum plerique censem ob *Nov. 115. C. 4.* ubi patri contra testamenta filiorum conceditur quærela, & cum constet filiosfamilias tantum de militari testari posse peculio, consequens videtur talia testamenta hodie per quærelam expugnari posse.

Sed ad modum probabilis sententia Zoësius ad *tit. de inoffic. testam. num. 30.* nempe non esse

ve-

verosimile in hac novella abrogari dicta l. ult. §.
 I. Cum ejus rei nulla prorsus fit mentio adeo-
 que verba Justinianei esse accipienda de liberis e-
 mancipatis, qui jure novo tenentur parentes
 suos instituere aut rite exhaeredare, quare di-
 cendum est illud autem procedere, modo miles
 nesciat sibi liberos esse natos constat ex l. 9. C.
de testam. uilit. ubi Imperator Gardianus cuidam
 Valeriano in hæc verba rescribit, *sicut certi juris*
est militem qui scit se habere filium, aliosque scri-
pfit haeredes, tacite eum exhaeredare intelligi, ita
si ignorans se filium habere, alios scribat haere-
des, non obesse filio adeptam haereditatem, sed
minime valente testamento si sit in potestate eum ad
successionem venire in dubiis non habetur.


Legitimam non posse exigi ex testamento
 in quo pater pupillarem substitutionem scripsit
 certi juris est, cum adversus tale testamentum
 non detur quaerela inofficiosi testamenti, con-
 sideratur enim illud non ut filii, sed ut patris
 testamentum, jam pater non tenetur uxori
 suae relinquere legitimam, aut illam haeredem
 scribere, & haec est ratio, quare mater adver-
 sus substitutum quaerelam movere nequeat, nec
 que-

queri possit, quod sibi legitima non sit relicta portio, de qua re ita loquitur. *Ulpianus*, sed nec impuberis filii mater inofficium testamentum dicit, quia pater ei hoc fecit, & ita *Papinianus* respondit, nec patris frater, quia filii testamentum est, ergo non frater impuberis, si patris non dixit, &c. l. 8. §. 5. *D. de inoff. test.*, quæritur in super quid statuendum sit si pactis dotalibus fuerit conceptus certus ordo succedendi, in casum si ipsi contrahentes sine liberis dececesserint, vel liberi ex matrimonio nascituri, mortui fuerint, an inquam eo casu exactio legitimæ dabitur locus, & quidem si convenerit ut altero conjugi sine liberis, defuncto, alter exasse hæres sit, & moriens relinquat parentes, poterunt illi petere legitimam *Voet ad tit. de inoff. test. §. 38.* & 39., si vero convenerit ut liberis sine ulteriore prole mortuis, eorum Bona ad Latus, unde erant profecta, reverterent & liberi alterutri parenti hæredes extiterint, & Deinde moriantur non poterit superstes parens exigere legitimam *Voet Loc. cit. num. 40.*, ubi illud plurimis rationibus & authoritatibus confirmat, cum autem nemo in testamento suo

cavere


cavere possit ne leges in eo Locum habeant,
l. 55. D. de Legat. 1. facile patet testatorem
non posse exactionem legitimæ portionis prohi-
bere qualis prohibitio esset prorsus nullius Mo-
menti, *Grotius intr. ad Jur. Holl. Lib. 2. Cap.*
18. num. 17.

F I N I S.



D

THE



T H E S S.

I.

Filio confiendo inventarium, non perdit legitimam debitam a jure naturæ.

II.

In quartam Falcidiam computatur tantum id quod capitur jure bæreditario, institutionis titulo.

III.

Morte conductoris non extinguitur Locatio.